ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: PS. DIONYSIUS AREOPAGITA. PS. ORIGENES. PS. EUSEBIUS CREMONENSIS. PS. AUGUSTINUS. PS. CYRILLUS HIEROSOLYMITANUS. ANSELMUS CANTUARIENSIS. PS. ANASTASIUS SINAITA. HONORIUS AUGUSTODUNENSIS. ROBERTUS REMENSIS. THEOBALDUS DE SEXANNIA. HENRICUS DE LANGENSTEIN. IOHANNES MAGISTER. BONAVENTURA. IOHANNES DE FONTE. PETRUS LOMBARDUS. U.A.

6. Jahrzehnt 15. Jh. Seite 26v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36940
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



O ineffabilis admiratio O
omni novitatis novitas
Oculi in te albedinem vi-
dent Sapore sentit gustus Ol-
factus odore Tactus quoque subti-
litate repit Sed auditus per
fidem cordi repentat In te ia
non forte accidentia Huic certe per se
sola accidentia existunt sine sub-
iecto Quia non ut humanis vi-
detur sensibus panis es Sed totus
xpus ihs integer Sic in celo
ad patris dexteram resides
deus et homo Que panis
vite qui de celo descendisti
Das digne te sumentibus vitam
Non sic manna quod in deserto
nostris patribus prebuisti De quo
omnes qui manducaverunt mor-
tui sunt Certe qui te digne
sumunt quamquam morte temporali anima
a corpore separetur tamen non moritur
in eternum Quia non illa separatio
mors est sed de morte ad vitam
transitus Unde qui te digne man-
ducat moriens mundo tecum et
ne vivere incepit O quam preciosa
mors illa est Ubi antequam homines
moriantur vivere incipiunt

Et panis angelorum tu
angelos reficis et glori-
ficas Tu esca es anime non cor-
poris Impiguas mentem non
ventrem Qui in te non impig-
natur virtutibus eger nimis iacet
in virtutibus flagitiis Te mandu-
cantem ut condecet in te trans-
mittas ut tui participatione effi-
ciatur deus Nec tamen in illum trans-
mutaris Veluti facit alia cor-
porea esca Sed ve te indigne
sumentibus Certe ad sui penam
et reatum te iterum crucifigunt Non
quod te diiudicet illa manducatio
quoniam in passibilis et in mor-
talis omnino es Heu mi domine
quid dicam Quot hodie sacer-
dotes te comedunt in altari ut
carnes pecudum et volucrum
ymo peius Nocte mulierum utuntur
actu turpissimo et te mane
masticando comedunt Ubi domine
latitas dormis ne an vigi-
las Est tibi hoc acceptum bene-
ficium Et hec oblatio eligis quam
exaudis preces eorum de celo et
de sede maiestatis tue Vere
si velles hoc sacrificium et liba-
men mendax fieres et peccatorum socius

Certe domine si vera sunt
que locutus es per os prophetarum
Si iustis solum supplicationi-
bus presto es et si tibi placet
equitas hoc tale impediendum
est sacrificium ne fiat quamquam
in se et natura sui sacrificium bonum
sit nec possit violari a malis
sacerdotibus Quia malicia non
diiudicat hoc sacrificium Unde
huiusmodi sacrificium fit ad sacerdotis
preiudicium et dampnationem Nec
pro quibus fit prodest ymo ut
verissime dicam Qui vitam
sacerdotis agnoscit et eum per se
celebrare facit fit eiusdem peccati
consciens nec non et pene parti-
ceps O magnum et instrumentale
misterium Panis accidentia
frangimur per partes et tamen in quibus